



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

7. Maji. Contra id vitium capessenda sunt arma, quô te præcipuè urgeri sentis, nec ante canendum receptui, quàm illud, Deo duce, debellaveris.
S. Ignat. apud Maff. l. 3. c. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

7. Maji.

*Contra id vitium capeffenda sunt arma, quò
te præcipuè urgeri sentis, nec ante canens
dum receptui, quàm illud, Deo duce, deo
bellaveris S. Ignat. apud Maff. l. 3. c. 1.*

UT longus, ita inanis labor est, folia
carpere, vel minutatim noxiæ arbo-
ris ramos præcidere, etiam putata revires-
cet, nisi ea penitus evellatur. Securis ap-
plicanda radici, unde malum omne pro-
germinat.

Implacabile debet bellum intercedere
te inter & vitium illud, quod tam diu calo-
caneo tuo insidiabitur, quamdiu vita su-
pererit. Non morietur hostis ille, nisi te
mortuo. Ut ille semper in armis, ita tu
semper esto in vigilia.

Contra multa simul vitia decertare, est
omnibus indulgere. Nec Hercules contra
duos. Unum designandum est, quod in
singulare certamen deligas, aliàs nullum
vinces.

Ut capite succiso membra omnia concio-
dunt; sublato duce dissipatur exercitus; ita
causâ morbi sublatâ facilè tollentur sym-
ptomata. Si princeps passio debilitata sit,
innumeri defectus emanebunt.

8. Maji.

*Quisquis occultè improbus eas inter vias
degit; qui probitate delectantur, malis
illic tempore durare non potest. S. Ignatius
apud Bartol. l. 4. §. 37.*

VÆ sepulchris dealbatis, quæ candi-
dum foris colorem mentiuntur, intus
plena putredine. Hypocritam nemo diligit,
non homo, quia societatem humanam
tollit; non Deus, quia veritas est.

Minùs semper malitia palàm nocet.
Dum ignis in publicum erumpit, concutitur
undique, media, ut sopiatur, offeruntur
tur, at, quamdiu latet, impunis nocet.

Qui fallere vult omnes, justo Dei judicio
fit, ut ipse fallatur maximè. Fidem
quam non invenit, nemo prudens reddet.
Astus astu luditur, & larva personato
nihil simile cogitanti, detrahitur.

Deus non fallitur, rimatur intima. Frustra
sunt tenebræ, & latibula, oculus illius
omniscius ubique penetrat. Cave, per-
nam pone: aliàs, percutiet te Deus per
ries dealbate. Esto quod appares, aut ap-
pare, quod es.